



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Sacerdos qualiter ad altare accedere debeat. c. 27

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

quis meritis sacrificia nostrorum vulnerum salubriter nobis conferat
medicinam. Et quod opus pro omnibus factus es hostia pro peccatis: ad sis
nobis sanctificatio in sacrificio pro delictis, **Chie** Saluator mundi.
Qui cum eterno patre, et cum spiritu sancto vivis et regnas Deus, per omnia
secula seculorum. Amen. **Oratio ad beatissimam Virgine Mariam.**

O Mater pietatis et misericordie beatissima virgo Maria:
Ego miser et indignus peccator ad te confugio toto corde et affe-
ctu: propter dulcissimam pietatem tuam: ut sicut dulcissimo filio tuo in
cruce pendenti assististi, ita et mihi misero peccatori et sacerdotibus
omnibus hic et in tota sancta ecclesia ipsarum hodie offerentibus clemen-
ter assistere digneris: ut tua gratia adiuti dignam et acceptabilem ho-
stiam in conspectu sume, et Individue trinitatis offerre valeam. Amen.

Ad sanctum vel sanctam cuius eo die festum celebratur. Oratio.

O Sancte **M.** vel **sa**. ecce ego miser peccator de tuis meritis
consilium offero nunc sacratissimum sacrificium corporis et sangui-
nis Domini nostri Jesu Christi pro tuo honore et gloria: propter te humili-
ter et devote: ut pro me hodie intercedere digneris: ut tamen sacrificium
cuius dignum et acceptabiliter offerre valeam: et cum omnibus
electis eius eternaliter laudare, et cum eo regnare valeam. Amen.

Oratio devota Sancti Gregorii Pape dicenda a sacerdote antequam

Factum memoriam salutaris hostie totius mundi, **missa** incipiat.
Cum illius dignitate, et mea in te oratione se ditate, scia totius mundi peccato-
rum. **Ter** quod tu deus multum misericors es, imploro ut digneris mihi
dare spiritum tribulationis: quod tibi gratum sacrificium revelasti, ut eo pu-
niscat vitali hostie pias manus admoueam: que omnia mea peccata ablu-
at: et ea deinceps in perpetuum mihi vitandi cautelam infundat, omnibusque
propter tibi offerentibus, presentis et future salutis commercia largiaris. **Per.**
*Supra scripte orationes non ex precepto, sed ex devotione dantur. Note
rit et sacerdos, his orationibus dimissis, dum se parat dicere psalmum
serre mei deus. vsq; in fine, cum Gloria psalmi, aut alium psalmum conveniet*

De ingressu Sacerdotis ad altare Cap. 27.

Sacerdos omnibus paramentis indutus, accipit in manu
sinistra calicem ut supra preparatus, et bursam manu dextra
super calicem tenens, capite cooperto accipit ad altare, ministro
cum Missale, et alijs ad celebrandum necessarijs precedente. Pro-
cedit autem oculis demissis, incessu gravem, erecto corpore. Si
vero contigerit eum transire ante altare maius, capite cooperto
lib. 4. faciat

Ritus celebrandi

faciat ad illud reuerentiam: si ante locum sacramenti, genuflectat. Si ante altare, vbi celebretur missa in qua eleuatur sacramentum, similiter genuflectat, et detecto capite illud adoret. Cū perueniret ad altare, stās ante illud in infimo gradu, caput detegit: biretum ministro porrigens, et altari, seu imagini crucifixi desuper posite, profunde inclinat. Si autem in eo sit tabernaculū Sāctissimi Sacramēti, genuflectens dubitās facit reuerentiam. Tunc ascendit ad medium altaris, ibi ad cornū Euangelij sicut Calicē extrahit corporale de bursa quod extēdit in medio altaris, et super illud calicē velo coopertus collocat. Si in altari paramenta accepit, hoc idem facit antequā descendat ab altari missam inchoaturus. Si est cōsecraturus plures hostias pro Communionē faciēda, quę ob quantitatem super patena manere non possunt: locet eas super Corporale ante Calicē, aut in aliquo Calice vel vase mūdo cōsecrato eas ponit retro post Calicē, et alia patena cooperit. Collocato Calice in altari, accedit ad cornū epistolę. Adissale super cūssino aperit, reperit missam, et signacula suis locis accōmodat. Deinde rediens ad mediū altaris, facta primū Cruci reuerētia, descendit ad gradū infimū altaris pro missa inchoanda. In missa solenni calyx, missale, et alia necessaria pparatur, antequā sacerdos veniat ad altare. Ipse autē procedit cū ministris: et cūm peruenerint ad infimum gradum altaris, ibi medius inter Diaconum a dextris, et Subdiaconū a sinistris, antequā ascendat ad altare, facit cū ipsis (vt infra) Confessionem. In missa pontificali omnia seruentur vt in Pontificali et Ceremoniali Romano ordinatur, cū Pontificalis ordinem Episcopus nunquam pretermittat, quicūque cum Diacono et Subdiacono paratū celebrat.

De principio Missę, et Confessione faciēda. Cap. 28.

Sacerdos quamprimum descenderit ad infimum gradum altaris, conuertit se ad ipsū altare, vbi stās ante illud iunctis manibus ante pectus, detecto capite, facta prius Cruci vel altari reuerentia, erectus incipit missam. Si autem celebraturus sit coram summo Pontifice, sicut se in infimo gradu altaris a cornū euangelij ante ipsum Pontificem, vbi genuflexus expectat: accepta benedictione erigit se, et stans versus altare incipit Adissam. Si autē sit coram Cardinale, Patriarca, Archiepiscopo,